



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quænam res Ecclesiasticæ alienari non possunt, nisi ex causis jure
permissis, & servatâ juris formâ & solemnitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

& altera egeat, ex tali iusta causa concessa sit, *argu. c. 3. de Ecclesiis adif. & juxta Glossam in tit. c. 1. h. t. V. ad aliam.* Debet tamen illam facere cum consensu sui Capituli *argu. c. Tua 8. de his qua sunt à Pralat. & Clericorum* utriusque Ecclesie, ac Patroni, si patronata sit Ecclesia, de cuius bonis transferendis agitur: sicuti enim omnes Ecclesie particulares, quasi membra sunt unius Ecclesie universalis, membrum autem unum, alterum in necessitate iuvare debet, modò nulla fiat confusio, aut præjudicium, quæ sufficienter caventur, dum matura deliberatio, & auctoritas intervenit, consequenter fieri poterit talis translatio taliter ab una Ecclesia in aliam.

Sicuti autem alienationis nomen in hac Ecclesie favorabili materia latissimè accipitur, ita etiam nomen Ecclesie extenditur ad omnem locum pium, auctoritate Episcopi constitutum, ita ut res ejus alienari non possint, sipe causis à jure approbatis, & requisitâ juris solemnitate, prout etiam à pati probatur ex restitutione in integrum Ecclesie concessâ, & ad omnem locum pium, auctoritate Episcopi erectum, extensâ. *argu. c. Requisisti 15. §. secus autem. de testam.*

§. II.

Quanam res Ecclesiastica alienari non possunt, nisi ex causis jure permissis, & servatâ juris formâ & solemnitate.

Primò alienari prohibentur res Ecclesie immobiles, quæ solo adhærent,

uti sunt agri, prædia, fundi &c. cum c. *Nulli. §. h. t.* quin etiam arbores multum frugiferæ, & prædio v. g. utiles succidi prohibentur, si ex eorum cæsiōe notabiliter deterius redderetur prædium &c. Secundò prohibentur alienari res mobiles, quæ hinc inde transferuntur, & pretiosæ sunt, ac servando servari possunt, uti sunt vasa aurea, argentea, gemmæ, & vestes pretiosæ &c. *Extra-vag. unica inter communes h. t.* vel ex quibus magna Ecclesie utilitas, & fructus diuturnus percipi potest, uti sunt grex ovium, caprorum, jumenta ad colendum fundum deputata &c. quamvis enim concessum sit singulas oves v. g. in particulari alienare, præsertim, si superflua videantur, aut minùs frugiferæ &c. totum tamen gregem simul alienare concessum non est, uti nec alia, quæ triennio durant, & suum singulis annis fructum ferunt, Tertio prohibentur alienari jura, ac census, seu redditus annui, si ex re immobili proveniant, cum hæc talia immobilibus annumerentur. *Clement. 1. de V. S.* pecunia ex re immobili vendita comparata, aut ad rem immobilem comparandam destinata, quia subrogatur in locum rei venditæ, aut comparandæ, & hanc repræsentat. Quarto prohibentur alienari jura, ac nomina debitorum, actiones, & instrumenta debitorum, quamvis enim hæc talia, cum incorporalia sint, nec mobilia, nec immobilium nomine propriè veniant, revocari tamen debent, ad alterutram speciem in hac prohibita alienationis materia, ut mobilium nomine veniant, si sint ad res mobiles, immobilium verò, si sint ad res immobiles.

O o o 3

§. III.

§. III.

Quæ res Ecclesiæ alienari possunt licite. Et sine juris solemnitate, Et quibus casibus prohibita sunt alienationes rerum Ecclesiasticarum, etiam servatâ formâ, ac solemnitate juris?

Primò res mobiles Ecclesiæ, quæ servando servatâ non possunt (uti sunt, quæ usu absumuntur, vel atteruntur, quæ longius servatâ facillè negliguntur, aut invetescunt, quæ ad quotidianos usus destinatæ sunt, &c.) liberè, & sine juris solemnitate aliàs requisitâ, alienari possunt, tùm quòd servatâ nihil sint utiles Ecclesiæ, tùm quòd talium alienatio libera, nullibi prohibeatur; & hinc potest Episcopus pecuniam ex rebus Ecclesiæ taliter divenditis acquisitam, ad coëngenda aurea, & argentea, aliâque pretiosa, etiam immobilia, &c. impendere, non ut suæ mentis aut Ecclesiæ incorporarentur, sed ut bene de Ecclesiæ meritis donentur, &c. quia subrogatum sapit naturam illius, cui subrogatur.

Secundò potest alienare Prælati Ecclesiæ, etiam res illius immobiles, exiguas, & quæ Ecclesiæ minùs sunt utiles, pro utilioribus comparandis, cum consilio saltem, & consensu sui Capituli *c. Pa super 8. §. possessiones h. t. & sine illius consilio, res evidenter inutiles, vel etiam nocivas Ecclesiæ; uti & fundum sterilem, quem donavit colono, ut fertilem redderet, fertilem jam redditum, in Emphyteusin illi relinquere potest, aut hæredibus illius, cuius operâ & labore fertilis factus est, in signum scilicet gratitudinis. *c. Ad aures 7. h. t. & quam-**

vis mancipia Ecclesiæ inter res mobiles Ecclesiæ pretiosas censentur, & ibi alienari non possunt, nisi sint servatâ vi, conceditur tamen etiam Episcopo vel Prælato ob allatam rationem, industriam, aut liberalitatem Ecclesiæ contulit, aut acquisivit, ut mancipia re ea possit, juxta rei collatæ, vel servatâ modum. *c. Consensus 3. h. t.*

Sunt tamen etiam plures casus, in quibus nullo modo res Ecclesiasticæ alienari possunt, nec adhibitis quidem solennitatibus, quæ scilicet res immobiles Ecclesiæ pervenerunt ex Imperatoris donatione vel fundatione, sine conditione scilicet ipsius Imperatoris; quæ in conditione, ut non alienentur, servatâ donata sunt; si Ecclesiæ v. g. per translationem, in usum profanum transferentur; si Episcopus sibi res Ecclesiæ emere vellet, ita ut jam propria Episcopi forent, &c. videntur *Gratiani Authent. Hoc in prædictum. P. Eius perpetuò. C. de SS. Eccles. quæ Civitatibus nonizata est, in cau. Ea enim §. Hæc causa 10. q. 2.*

SECTIO II.

De causis, Et forma, Et solemnitate requisita ad rerum Ecclesiasticarum alienationem.

§. I.

Ob quas causas alienari licitè sint res Ecclesiastica etiam mobiles pretiosa?

Aldlicitam alienationem rei Ecclesiasticæ, quæ aliàs alienari prohibetur